Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



418

Egauisus est in patribus tuis. Sequitur.
Factum est autem cum complesset Sale
mon orans omnem orationem et deprecatio
nem hanc surrexit de conspectu altaris
domini. Utrumque genu in terram fixerat et
manus expandat ad celum. Stetit ergo
et benedixit omni ecclesie israel uoce mag
na dicens. Benedictus dominus deus qui dedit
requiem populo suo israel iuxta omnia que lo
cutus est, non cecidit ne unus quidem sermo
ex omnibus bonis que locutus est per moy
sen seruum suum. Sit dominus deus noster nobiscum
sicut fuit cum patribus nostris non derelinquens
nos neque proiciens, sed inclinet corda nostra
ad se ut ambulemus in uniuersis uiis eius
et custodiamus mandata eius et cerimonias
et iudicia. quecumque mandauit patribus nostris
et sint sermones mei isti quibus deprecatus
sum coram domino. appropinquantes coram domino
deo nostro die et nocte ut faciat iudicium
seruo suo et populo suo israel per singulos dies
et [illegible] scient omnes populi terre quia dominus
ipse est deus et non est ultra absque eo. Sit
quoque cor nostrum perfectum cum domino deo nostro
ut ambulemus in decretis eius et custodia
mus mandata eius sicut est hodie.

Factum celebre hic ponitur quod eminentia
resurrectionis dominice subsequitur. Sale
mon omnem orationem et deprecationem suam
ad dominum complet dum sua passione gen
tium et iudeorum salutem apud patrem xpe opti
net. Salemon de conspectu altaris domini
surgit cum xpe de illo suo sanctissimo se
pulchro in potentia sue maiestatis ue
rus deus et homo progreditur ubi a cunctis
fidelibus mundi redemptor adoratur et
colitur. Utrumque enim genu in terram fixerat
et manus expandat ad celum. Salemon
utrumque genu in terram fixerat quia xpe
in redemptione mundi animam et corpus
in cruce moriens deposuerat. Utrumque ge
nu in terram fixerat quia pro salute hominis
quem de terra plasmauerat animam et corpus
in ara crucis obtulerat. Salemon manus
ad celum expandat quia filius dei pro salute
humani generis in passione sua dominum patrem
interpellauerat. Stetit ergo et benedixit omni
ecclesie israel uoce magna dicens. Benedictus
dominus deus. Salemon stetit cum xpe resurgens
[illegible] a mortuis ultra non moriturus ad dex
teram patris in celis consedit. Omni ecclesie israel
benedixit cum sanctis apostolis et credentium primi
ciis spiritum sanctum de celis misit. Uoce magna
ad ei ecclesie benedixit dum facto repen
te sonu tanquam aduenientis spiritus
uehementis scientiam omnium linguarum dis
cipulis suis dedit. Benedictus inquit dominus
deus qui dedit requiem populo suo israel iuxta
omnia que locutus est. Benedictus inquit dominus
deus quia uisitauit et fecit redemptionem ple
bis sue. Qui dedit requiem ab impugnatio
ne mortis et peccati in libertate spiritus sui
populo suo israel eterne uisionis iocunditatem
desiderantis. Iuxta omnia que locutus est
in promissionibus ueteris testamenti dicendo com
putescet iugum a facie olei. Non cecidit nec
unus quidem sermo ex omnibus bonis que lo
cutus est per moysen seruum suum. Nec unus quidem
sermo cecidit quia sermoni ueteris testamen
ti sermo noui testamenti accessit. Ex
[illegible] omnibus bonis que locutus est per
moysen seruum suum dicendo per suum
deuteronomium. Uetustissima ueterum come
detis et uetera nouis superuenientibus proicietis.
Sit dominus deus noster nobiscum sicut fuit cum patribus
nostris non derelinquens nos neque proiciens. Sit
dominus deus noster nobiscum quia ego uitis uos pal
mites qui sine me nichil potestis facere.
Ego sum uobiscum omnibus diebus usque ad
consummationem seculi. Sit ergo dominus deus noster